

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](http://urn.nbn.de:gbv:ha33-1-148122)

Sequentium oppidorum & vrbium situs & etymologiæ plerq; præcedenti capite 2. 7. 10. 11. recitatæ sunt, & paulo post in tribuum distributione denuò repetentur. *Hiericho*, Lunæ vrbs. *Hai*, aceruu. *Bethel*, domus Dei. *Hierusalem*, doctrina pacis. *Hebron*, collegium, societas. *Hiermoth*, Iarmuth, doctrina mortis. *Lachis*, æthiops, Ios. 10. fol. 57. *Eglon*, orbis, semita. *Gazer*, diuisio in tribu Iuda. *Dabir*, oraculum prope Hebron. *Gader*, sepes, paries, in tribu Dan. *Herma* seu Horma, exercitio, Iudic. 1. Deut. 1. Num. 14. 21. *Hereth* ḥr Arad, in finibus Arabiæ petrææ, Num. 21. 33. Iudic. 1. latine onager. *Lebna*, candida, in tribu Iuda, Ios. 10. *Odollam*, in tribu Iuda, Gen. 38. 1. Reg. 22. 2, Reg. 23. Mich. 1. עֲדֻלָּם Adullam, præda vel testis eorum. *Maceda*, fœtor verticis, Ios. 10. *Bethel*, domus Dei, Ios. 7. fol. 42. *Taphua*, meditans, propè Betharaba, Ios. 15. 16. 17.

Ofer, in tribu Zabulon propè Nazareth, patria Ionæ prophetæ, Ios. 19. 4. Reg. 14. ḥp Hepherson. *Aphec*, propè Ietzrael in finibus Isaschar & Manasse. ḥp fortis vel riuus, aliud in tribu Aser, Ios. 19. *Saron*, in tribu Ephraim. ḥp campestris regio seu umbilicus. *Madon*, modius, Ios. 11. *Aser*, Hazor in tribu Neptalim, Ios. 11. *Semon*, custos, in tribu Zebulon, Ios. 19. *Asaph*, incantator, in tribu Aser, Ios. 11. 19. *Thenach*, propè Samariam versus ortum. ḥp seductor. *Mageddo*, propè Tenach, in tribu Manasse, Ios. 17. Iudic. 1. 5. 3. Reg. 4. 9. 4. Reg. 23. ḥp turma, cuneus. *Cedes*, sanctitas, in tribu Neptalim, vrbs refugij, patria Barak Iudicis. *Iachanem*, in littore maris, propè Ptolemaiadem sita, in finibus tribuum Zabulon & Aser. עַקְנָה Iakneam, auscultatio iucunda. *Carmelus*, mons tribus Zebulon & Isaschar, propè Ptolemaiadem in mare excurrens, celebris in historia Eliæ & Elisæ, 3. Reg. 18. 4. Reg. 2. 4. ḥp spica tenera. *Dor*, generatio, Ios. 11. *Galgal*, auolutio, existimo esse in tribu Ephraim propè Bethoron. *Thersa*, quæ postea fuit sedes aulæ Ieroboam, 3. Reg. 14. 15. 19. 4. Reg. 15. propè Samariam. תִּירֵז Thirzah, dilecta.

Caput XIII.

Hactenus primum librum Iosuæ, qui historiam occupatæ à Iosua & Israëlitis terræ Canaan patribus promissæ, & Reges ac vrbes à Iosua viætæ commemorat, absoluimus. Nunc secundum librum inchoamus, qui distributionem TERRÆ CANAAN in duodecim tribus populi Israël, forte factam, & CHOROGRAPHIAM totius PALÆSTINÆ accuratam continet. Quam, cùm natura suam quisq; patriam amet, & hæc vetus ecclesiæ Dei patria sit, in cuius singulis ferè oppidis & vestigijs Deus se inde vsq; ab Abraham multis illustribus testimonij & miraculis patefecit: & postea Christus ipse natus est, & euangelion suum passum predicauit, & miraculis confirmauit: attente & diligenter omnes piæ & studiosæ mentes aspicient & considerabunt.

Singulare enim lumen, & velut oculus in lectione totius sacræ historiæ, Mofis, Iosuæ, Iudicum, Regum, Prophetarum, euangeliorum & actuum apostolorum, est hæc chorographia, seu locorum & vrbium Palæstinæ præcipuorum, in quibus res maximæ à vero Deo & filio Dei domino nostro

F Iesu

Iesu Christo prophetis & apostolis gestæ sunt, notatio & descriptio accurata. Et pietatis ac gratitudinis Deo debitæ pars est, cum Deus immensa bonitate tot illustribus testimonij se in hac regione patefecerit: hæc velut **VESTIGIA DEI**, reuelantis se patribus, in Sichem, Bethel, Hebron, Bersabea, monte Sinai, Silo, Gabaon, &c. & domini nostri Iesu Christi, nati in Bethlehem, educati in Nazareth, baptizati in Iordanè ad Bethabara, hoc ipso in loco, vbi Israëlitæ duce Iosua siccatum Iordanis alucum transferunt, concionantis in templo Ierosolymæ, ornantis nuptias in Cana Galilææ, sanantis cœcos ad Iericho, resuscitantis filium viduæ in Naim, Lazarum in Bethania, &c. crebrò & attente intueri, ut ipsa locorum affectione commonefacti de patefactionibus Dei, & beneficijs ac pœnis, & alijs rebus maximis, quæ à Patribus, Iudicibus, Regibus, Prophetis, Christo & apostolis gestæ sunt in singulis locis, ad inuocationem, fidem, timorem Dei & gratarum actionem accendamur.

Præterea non solum pars aliqua eruditio[n]is & dulcissimæ doctrinæ geographicæ, verùm etiam singulari cum voluptate & fructu coniunctum est, etiam si sedem tuam patriam nunquam egressus sis, tamen nobilissimam hanc orbis terræ regionem, quæ vetus ecclesiæ patria est, & varie in ea distantes tribus, vrbes, flumina, maria, montes, mente intueri ac peragrare, & res in singulis locis gestas considerare, & locorum situs & interualla metiri, ac distinguere, non secus ac si totum terræ Canaan ambitum oculis lustrasses, & certas omnium orarum & tractu[m] metas faxeis monumentis constituisse. Nulla autem toto orbe terrarum celebratior & perlustratione dignior regio est, quam Palæstina, cuius regiones, populos & vrbes præcipuas Iosua in hoc libro enumerat. Cumq[ue], summæ sapientiæ & doctrinæ, videlicet verbi diuini & religionis veræ riuuli, & omnia, quæ summam in terris laudem merentur pietatis & virtutum studia, ex fontibus Israël, & monte Zion, ac Ierosolyma, ad nos deducta & deriuata sint: ad officium gratitudinis debitæ regiōi optime de vniuersa ecclesia Christi & nobis singulis meritæ pertinet: veterem memoriam status Palæstinæ, & præcipuorum in ea locorum & vrbiū, qualis Iosuæ & prophetarum ac Christi temporibus fuerit, recolere & conseruare. Cumq[ue], & nomina veterum Palæstinæ vrbiū & locorum, hoc tempore mutata sinit, & pro vrbiis ac oppidiis, *ερέπαια* & rudera oppidorum passim monstrantur, & quotidie ab immannissima gente Turcarum vastentur: simul instabilitatem rerum humanarum, & nos nullam in his terris regionem & sedem stabilem & firmam habere, sed æternam patriam in cœlis expectandam esse, cogitemus. Hæ grauissimæ causæ ostendunt, non ociosam & inutilē nominum priorum congeriem, vt imperiti somniant, in hac parte libri Iosuæ à cap. 13. ad 20. recenseri, nec oscitanter & frigidè hanc historiæ Iosuæ partē præteriri debere, sed de multis maximis rebus lectores erudiri, & grauissimam ac multiplicem doctrinā, huic Chorographiæ terræ Canaan inclusam, diligenter & attente à nobis euolui & expendi oportere. Si nul autem doctrina de causis promissæ & traditæ Israëlitæ terræ Canaan, & constitutæ ac deletæ politiæ Iudaicæ, in principio Numerorū & Deuteronomij & libri Iosuæ recitata, hoc in loco repetatur.

Prima pars capit is, de populis & vrbiis terræ Canaan, quas Iosuæ & Israëlitæ expugnare & vincere non potuerunt, monet, vt Augustini verbis vtar, restringere Deum propicium nimia prosperitatis excessum, vt in usum piorum conuertat inimicos, non solum quando vincuntur, sed etiam

sed etiam quando metuuntur. Illud ad commendandam largitatem suam: hoc ad eorum reprimendam elationem. Nam vtique inimicus sanctorum est Angelus Satanæ, quem tamen sibi datum colaphisantem dicit apostolus, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Recitantur & aliae plures causæ, cur reliquias Cananæorum Deus non deleuerit: in fine secundi & principio tertij capit is Iudicum, videlicet quia Israëlitæ fœdus cum domino factum sua inobedientia violarint, deinde ut populus Dei non torperet ignauia & desidia, sed materiam exercendæ virtutis bellicæ & militandi assiduam haberet. Tertio, ut inobedientes & contumaces, organis illis ira Dei punirentur, vel in solecentes contineri in officio pietatis & modestiæ facilius possent. Postremo, ut de reliquijs carnis seu veteris Adami in nobis assidue contra spiritum militantis & hostili more grassantis, pios commonefacerent, de qua lucta carnis & spiritus Roma. 7. 8. Gal. 5. 1. Pet. 2. prolixius explicatur. Item, ut de consilio Dei omnibus temporibus ecclesiæ patientiam per tyrannos, & sapientiam & fidem per hæreticos exercentis, admonerent.

Nunc textum initio capit is obscuriorem, & incommodius alicubi latine redditum, grammaticè declarabo. *Iosua senex prouectusq; atatis erat,* annorum nonaginta nouem, anno mundi 2500. ut ex Chronologia, sequenti capite notata, aliqua ex parte appareat. *Terraq; latissima derelicta est,* quæ nec dum forte diuisa est. Ebraice, & terra relicta est multa valde ad possidendum eam, id est, magna pars regionis nondum occupata seu debellata est, ut possideri possit. *Omnis videlicet Galilea Philistijm,* in Ebræo, מִן־תְּלֵה תְּרֵיחָה בְּלִי Omnes limites Philistijm. Nihil enim de Galilæa, quæ tribus Aser, Neptalim, & Zebulon, postea complectebatur, & Ios. 11. occupata erat, hoc in loco dicitur. Sed appellatiæ vocabulum גַּלְּילָה reddendum fuit.

Sunt autem Philistijm, orti à Mitzraim, fratre Canaan, nepote Nohæ, Gen. 10. qui in littore maris mediterranei Syriaco, Aegyptum versus, amplas & potentes vrbes tenuerunt, & toti vicinæ terræ Canaan, in quam sæpe longius progressi, alias magis, alias minus late dominati sunt: apud græcos, quibus propter nauigationes noti erant, nomen PALÆSTINA dederunt. Herodotus in πολυμ. fol. 214. Φοίνικες σωὶς Συρίοις τοῖσι ἐν τῇ Παλαιστίνῃ &c. οἱ Συρίοις τῷ χωρίον καὶ τῷ μεχεῖ Αἰγύπτῳ τῷ, Παλαιστίνη καλεοταν. Ideo Ptolemaeus etiam lib. 5. cap. 16. Geographiæ, totam terram Canaan, inter Arabiæ petræam, Iordanem, Libanum & mare mediterraneum intercepit, Palæstinam nominat.

Recitat autem hoc loco Iosua quinq; principes vrbes Philistijm, quarum crebra deinceps, libro primo Regum & passim alibi mentio fit, de quibus mox dicam, vbi verba interiecta prius declarauero.

Vniuersa Gessuri, tractus Idumeæ in extrema ora Philistijm in deserto Sur, versus Aegyptum, ex quo Dauid in terra Philistijm exul prædas agit, 1. Reg. 27. Alia Gessuri est in extremis finibus Palæstinæ trans Iordanem, supra lacum Samachoniten, è regione tribus Neptalim, cuius proxime præcedenti capite 12. Deut. 3. 2. Reg. 15. vbi Gessur Syriæ nominatur, mentio fit. Ἰωνα Gessuri, tangens propugnaculum, vel taurum, vel cantum. *A fluvio turbido, qui irrigat Aegyptum.* In Ebræo est, à Sion, qui est super faciem Aegypti, id est, limites terræ Philistijm & Gessuri, nondum à Iosua debellati, sunt à Sion fluvio terminante Palæstinam, qua parte Aegyptum re-

ptum respicit, vsq; ad Accaron propè Azotum. Est autem סִירֵן SiHor, qui à nigredine aquarum nomen habet, non Nilus, sed alius flumius infra Gazam & Raphiam, qui Rhinocolorus à Ptolemaeo nominatur, & ad oppidum eiusdem nominis in mare mediterraneum influit. Qui Palæstinam & extremos Aegypti fines distinguit. *Vsg. ad terminum Accaron*, in tribu Dan, propè Azotum versus orientem. יְרֵנָה Ekron extiratio. *Contra aquilonem, terræ Canaan*. Terra Philistijm à Sihor versus meridiem incipiens, vsq; ad terminum Accaron versus aquilonem extenditur, & Cananæis imputatur seu annumeratur. Hæc regio Philistijm in quinq; סְרִגִּים seu principatus diuiditur, Gazæum, Azotium, &c.

G A Z A, vrbs Philistinorum littoralis extrema versus meridiem, vicina Bersabee habens long. 65. 10. lat. 31. 40. oportuno portu & emporium celebre fuit, ad quod ex Haila in littore maris rubri sita, merces Arabiæ Felicis, per camelos euchi solitæ, & inde per mare mediterraneum in totam Europam distributæ sunt. Fit eius mentio, Gen. 10. Deut. 2. Ios. 11. Iudic. 16. in historia Samsonis, 1. Macc. 11. oppugnat à Ionatha, 1. Macc. 13. capitul à Simone. Act. 8. deserta est. Ebraice יְרֵנָה fortis, munita, in cuius oppugnatione postea etiam Alexander magnus grauiter vulneratus est. **Azotus**, suprema in littore Philistinorum vrbs versus septentrionem, paululum infra Ioppen. habens gradus latitud. 32. long. 65. 36. vicina Accaron, in tribu Dan, cuius Ios. 11. 13. 15. 1. Reg. 5. 6. Sophon. 2. Ierem. 25. Amos 1. Zach. 9. Esa. 20. 2. Paral. 20. & Act. 8. mentio fit. Meminit eius & Herodotus in Euterpe, Αζωτον τῆς Συρίας μεγάλων πόλιν ἐπολισθήκεε, ἐς τὸ ἔχειλε, αὐτῇ τῇ ή Αζωτῷ ἀπάτεων πόλισσαν οἵτινα πλεῖστον χρόνον πολιορκεομένη κατέχε τῶν ἡμέας ίδμεν. יְרֵנָה Asdod, ignis dilecti.

A S C A L O N, vrbs Philistinorum, in tribu Iudeæ maritima, inter Gazam & Azotum sita ad grad. long. 65. 20. Lat. 31. 53. cuius Iudic. 1. 14. 1. Reg. 16. Ierem. 25. 47. Amos 1. Sophon. 2. & passim alibi mentio fit. Herodotus vetustissimum Veneris templum Ascalone fuisse narrat, quæ in libro Iudicum, in libris Regum & alibi, Astarthe & Astaroth nominatur. Verba Herodoti sunt in καλέῳ. Σκυθαι τοῦ παλαιστίνη Συρίᾳ, τῆς συρίας ἐν Ασκαλωνι πόλει, εσύλησαν τῆς Σαρίν Αρρεδίτης ιερὸν. יְרֵנָה Ignis ignominiae.

G E T H, inter Ascalonem & Gazam sita fuit, patria Goliath Philistæ à Davide consternati, 1. Reg. 17. Fit eiusdem mentio Ios. 11. 1. Reg. 21. 27. in historia Davidis. 1. Paral. 11. vbi à Roboamo munitur, Mich. 1. &c. מַגָּתָּה Gath, torcular, mola. **ACCARON**, mediterraneum oppidum est propè Azotum in tribu Dan, Ios. 19. 15. 1. Reg. 6. vbi Idolum Beelzebub cultum est, 4. Reg. 1. Ebraice יְרֵנָה Ekron, extiratio, euulsio, ab נֶגֶן.

Ad meridiem vero sunt Euæi, in Ebræo, Euæi, Philistinis vrbibus, in fine præcedentis versus adiunguntur. deinde alter versus ab his verbis inchoatur: Ad meridiem vero omnis terra Canaan, id est, Cenanæi à terra Philistijm versus meridiem habitantes, adhuc sunt debellandi. & Maara Sidorum, &c. Scribitur autem Euæus, non יְהוָה Hiui, vt filius Canaan, sed מַעַיִם, id est, iniqui, peccatores. Qui prope Gazam habitarunt & à Cappadociis seu Caphtorim cognatis, Philistinorū cieeti esse scribuntur, Deut. 2. מַעֲרֵה Maara, nuda. *Aphæc*, in tribu Aser infra Sidonem. מַגָּתָּה fortis, vel rius. *Et terminos Amorrhæorum*, supra Sidonem trans Nagoram flumium non procul à Beryto. *Eiusq; confinta*, in Ebræo, quinti versus initium est: לְבָנָה יְהוָה. Et terra Gibli, vel terra in limitib; terræ Canaan extremis propè Sidonem.

Libani

Libani quog. regio, Homines Alpestres, qui montes libani incolebant, sicut in Germanicis Alpibus, Tyrolenses, Rheti, Heluetij habitant. *A Baal-gad sub monte Hermon*, vide Ios. 11. *Emath*, in tribu Neptalim, ad radices Libani, in finibus terrae promissae versus septentrionem, Num. 13. 34. *רִמָּה Hamath*, ira, furor. *Massarephot*, Thermæ Sidoniorum, Ios. 11. *Veniat ergo in partem hereditatis*, in Ebræo est: Tantum cadere fac Israëlitas in hereditatem, id est, Tu tantum forte distribuas terram Canaan, et iam si nondum tota debellata est. *Et nunc diuide terram*. **DISTRIBUTIO TERRÆ** per Mosen facta Rubenitis & Gadditis & dimidiæ tribui Manasse, Num. 32. *Cum qua*, scilicet altera dimidia parte tribus Manasse, *Ruben & Gad possederunt terram*, quam tradidit eis Moses, Num. 32. Deut. 3. *Ab Aroer in ripa torrentis Arnon*. Areopolis dicta Græcis, ad grad. long. 66. 30. lat. 32. 0. Cætera vocabula, Seon, Arnon, Esebon, Galaad, Gesuri, Machati, Hermon, Basan, Selecha, Astaroth, Raphaim, &c. Deut. 2. 3. & proximè præcedenti cap. 12. & in Onomastico nostro Theologico interpretati sumus & pleraq; statim reperientur.

CHOROGRAPHIA TRIBVS RUBEN.

AROER, vrbs in ripa fluuij Arnon sita, in finibus tribuum Gad & Ruben, ad grad. long. 66. 30. lat. 32. 0. Græcis Areopolis nominata, quasi à Marte sit deductum nomen. Sed Ebræis est *מִירֵי* myrica, vel dissipatio, ab *מִירֵי*. Fit eius mentio Deut. 2. Num. 32. Ios. 13. 12. Esa. 17. Ierem. 48. inter vrbes Moabitarum, in quorum ditione olim sita fuit. ARNON rupes excelsa & fluuius separans Moabitas & Amorrhæos, propè Iazer exoritur, & per abrupta montium decurrentis in mare mortuum erumpit, Num. 21. Deut. 2. 3. *רְכֻבָּה arca*. *Medaba*, propè Esebon, à Ptolemaeo Medaua vocatur. *מְדַבָּה* vetusta.

ESEBON, metropolis regni Seon regis Amorrhæorum, Esebon, cuius long. 66. 30. lat. 32. 6. Moabitis eripuerat Num. 21. Iudic. 11. Esa. 15. 16. Victo autem Seone Nume. 21. Moses vrbe Esebon tribui Ruben & Leuitis assignauit, Num. 32. 35. Ios. 13. 21. Deut. 1. 2. distat quinq; milibus à Iordanे versus ortuim. Ptolemaeo Esbuta dicitur. *מְשֻׁבֵּן Hesebon* vel Chesbon, ut in tabula scribitur, cogitatio, imputatio. DIBON limitanea ciuitas tribuum Ruben & Gad, propè Esebon, ad septentrionem, in ea parte regni Seon regis Amorrhæorum, quam regi Moab ademerat, Num. 32. Esa. 15. Ios. 13. *מִצְרָי rumor, fama*. *Bamoth Baal*, propè Aroer, in valle per quam fluit Arnon fluuius *לְבָנָה* excelsa Baal, Num. 21.

Baalmeon, Dominus refugij, 1. Paral. 5. Num. 32. *Gessæ*, Ebraice *מִזְרָח* Iahazav el Iaza, inter Esebon, Medaba & Baalmeon, Esa. 15. Num. 21. Iudic. 11. Deut. 2. Ierem. 48. *Cedimoth*, orientalis, Deut. 2. Ios. 21.

Mephet, inter Aroer & Macherunta situm iuxta montem Abarim, quod ad Moabitas pertinuit, Ierem. 48. oppidum leuitarum, Ios. 21. vti Mapha scribitur. *מִמְּפָה Memphaat*, splendor. *Cariathaim*, vrbes, Deut. 2. Gen. 14. Ierem. 48.

Sabata ἀπελόσα, ciuitas tribus Ruben, in veteri Moabitide, Num. 32. Esa. 16. Ierem. 48. *סִבְמָה Sibma*, sedes eorum. *Sarathasar*, tribulatio matutina.

tutina. *Bethphogor*, domus Idoli Peor, Numer. 25. *Astroth Phasga*, Ebraicè Asdod Pisga, seu adiacentia monti Pisgah loca declivit & irrigua. *Bethiesmoth*, domus deserti, Num. 33. Cum principibus *Madian*, *Ezraum* & *Recen* &c. Num. 31. *Madian*, à filio Abrahæ, Gen. 25. *Eueus*, "Desiderius, Erasmus. *Recen*, וְרֵן, πολύποτρος. *Sur*, צָר Zur, petra, fortis. *Vr*, וְרֵר Hor, princeps. *Rebec*, רְבִכָּה accubitus, quies. *Balaam filium Beor*, cuius historia Num. 22. 23. 24. prolixè exposita est. *Wylz* Bileam, confusio populi Num. 25. 31. זְרוּם fatuus. Ariolus quasi farious à fando seu prædicendo. Hæc est hæreditas Rubenitarum & vrbium ac viculorum. Sed multò plura loca, quam hic annotata sunt, in tribu Ruben, passim in prophetis & Iosepho & alijs scriptoribus celebrantur. vt *Eleale* Ierem. 48. Esa. 15. 16. Num. 32. *Bosor*, vrbis fugitiuorum Ios. 20. Deut. 4. *sethim*, vel sittim, de quo diximus Ios. 2. 3. Num. 25. 33. *Bethabara*, vbi Iohannes baptizauit Ioh. 1. *Nebo*, mons & oppidum Num 32. Deut. 34. 32. *Nemrim*, Esa. 15. *Damnaba*, *Macherus*, castellum Herodis munitissimum. *Callirhoe*, fons mirabilis, propè oppidum Iasa, immensus mari mortuo, vbi spelunca est, in valle Babras, ad Boreale latus Macheruntis, tecta rupe, ex qua duæ velut mammæ paululum inter se distantes extuberant, altera frigidissimam aquam, altera calidissimam fundens, quæ in riuum vnum confluentes lauacrum temperatum efficiunt multis vicijs salutare. His enim verbis fontem Iacobus Ziglerus describit.

O P P I D A T R I B V S G A D.

Gazer, in Ebræo זָרֶר, Iaazér vel Iazer, ad fontem Arnonis fl. & grad. long. 66. 40. latitud. 32. 12. in finibus Ammonitarum, inter Esebon & Rabbath, Leuitis deinceps attributa Ios. 21. זָרֶר, auxilium, præsidium, vnde Eleazar & Lazarus, id est, Deus adiuuet te. *Omnes ciuitates Galaad*, scilicet pertinentes ad tribum Gad, vt Ramoth, Galaad, Maspera, Betonim. זָרֶר tumulus testimonij. *Que est contra Rabba*, quæ respicit Rabba, seu quaitur ab Aroër in Rabba metropolin Ammonitarum, quæ in Prolemæus Philadelphiam nominat ad grad. Ion. 68. latitud. 32. 20. זָרֶר magna, copiosa, vnde Rabbi.

Ramoth, vrbis Leuitarum, Ios. 21. & refugij, Ios. 20. in regione Galaad. Deut. 4. 3. Reg. 20. patria Hieu regis Israël, vnci ab Helilæo, 4. Reg. 8. 9. 2. Paral. 18. זָרֶר excelsus, vel excelsum signum. *Maspha*, inter Ramoth & Bethonim, celebratum in historia Iephithe, Iudic. 11. & 1. Macc. 5. non procul à mari Tiberiadis, מַצְפָּה Mitzpa, specula. Aliud oppidum est Masperat in tribu Beniamin, vbi Samuel populum iudicauit, 3. Reg. 15. aliud propè Sidonem. *Bethanim*, בְּתָנִים, nuces auellanæ. *Manaim*, sic nominatur ciuitas Mahanaim, ad ostium Iaboch in Iordanem influentis sita. Nomen ei inditum à castris Angelorum, quibus se cinctum esse eo in loco vidit Iacob Gen. 32. Fuit ciuitas Leuitarum Ios. 21. 3. Reg. 4. מַחֲנֵי Mahanaim, castra. *Dabir*, inter Esebon & Iordanem propè Bethabara, דָּבֵר oraculū. *Betharan*, inter Dibon & Iordanem נְתָרָן, domus conceptionis. *Bethnemra*, domus amara, Num. 32. Esa. 15. *Soccoth*, סְכוֹת, tabernaculum patriarchæ Iacob, Gen. 33. euertitur à Gedeon, Iudic. 8. *Saphon*, שָׁפֹן Zaphon, specula.

Maris

Maris Cenereth. maris Galileæ adiacentis vrbi Cenereth, quæ postea in honorem Cæfaris Tiberias appellata est, Num. 34. Nomen est à Cithara, cuius figuram lacus refert.

Dedit & dimidiae tribui MANASSE, cuius filij Ios. 17. Num. 26.
1. Paral. 7. recensentur.

MACHIR	Abie-	He-	Ez-	Si-	E-	Semi-
primogenitus Manassis	zer	lech	riel	chem	pher.	da.

Ab hoc ortæ familiæ hæreditatem suam trans Iordanem accipiunt terram Galaad & Basan, Num. 32.

Hæ familiæ hæreditatē suam cis Iordanem cum filijs Ephraim fortitæ sunt, Ios. 17.

Manaim, MaHanim in finibus tribuum Gad & Manasse ad ostium fluuij Iaboch in Iordanem se exonerantis, ciuitas Leuitis postea attributa Ios. 21. 3. Reg. 4. Nomen habet à castris Angelorum, quibus se eo in loco cinctum esse vidit Jacob Gen. 32. & Dauid 2. Reg. 17. *Vniuersam Basan.* vberrimam & fertilissimam regionem trans Iordanem à fontibus fluuij usq; ad torrentem Iaboch pertinentem, quam Ogo regi Basan ademtam Moses, posteris Machir, primogeniti Manasse, attribuit. Num. 21. 32. Deut. 3. *Omnesq; viros Iair.* pronepotis Machir filij Manasse, à quo, villæ Iair, dicta sunt oppida Canath, Aram, Geffur, &c. Num. 23. 1. Paral. 2. Genealogia hoc ordine recensetur.



Dimidiam partem Galaad. nam oppida quædam Galaaditidos, in tribum Gad inciderunt. *Astaroth & Edrai,* Ios. 12. *Vt locutus est illi,* Num. 18;

Caput XIII.

ALEB filius Iephonne (qui alias Ezron vocabatur) filij Phares, pronepos patriarchæ Iudæ, petens urbem Hebron & viciniam sibi in distributione terræ patribus promissæ attribui, illustre exemplum est psalmi 112. Beatus vir qui timet Dominum, qui mandatis eius valde delectatur. *Potens in terra erit semen eius, Generatio rectorum benedicetur.* In æternum non commouebitur, in memoria æterna erit iustus. Ab auditione mala non timebit, *FIRMVM COR EIUS SPERARE IN DOMINO.* Confirmatum est cor eius, non timebit donec gaudebit de inimicis suis. Iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria.